

PARS SPECIALIS

SISTENS

FORMAM REGIMINIS
WIRTEMBERGICI.

§. 99.

Quae hactenus exposui, erant partim *Partitio the-*
historica partim generalia, quae au- *matis.*
tem tractationi argumenti mei praestruenda
videbantur, quo commodius nunc singulas
ipsius partes persequi possem. Triplex
vero illius est ratio. Namque Dux con-
sideratur vel ut membrum Corporis Ger-
manici: vel ut dominus territorialis: vel
quatenus personam simul privati reprae-
sentat.

Primum igitur dicendum est in libro I^{mo}
de habitu Ducis ad univ^{er}sum Corpus Ger-
maniae: deinde in libro II^{do} de regimine,
sive de superioritate territoriali: postremo
in libro III^{io} de jure Ducum privato.

N 3

LIB. I.